



W  
gndauer prifte

I. N. J.  
ad

**ACTUM**  
**Valedictorio - Oratorium**  
*De*

**ARTĒ MEDICA,**  
In Auditorio Scholæ Torgensis superiore,

Anno MDCCXVII, die XIX. Augus*ti*,

Hora antemeridiana VIII.

finitis sacris,

Audiendum;

O O. Honoratissimos Auditores,  
Patronos, Fautores & Amicos,

Qvam humillimè invitat:

**PETRUS PAULUS FEKNO,**  
Lycei Torgensis Rector,



**TORGÆ,**

Typis Iohann, Zachar, Hempl



**U**ti omnes creature, primo ad Gloriam Dei, (nam coeli, aliæque creature, tam inanimatae, quam animatae & irrationales, enarrant Gloriam Dei, Ps. XIX. v. 1. 2. Scilicet objectivæ; Angeli autem & homines effectivæ, Psal. CIV. v. 1. & seqq.) Deinde vero ad utilitatem hominis, ex nihilo formatæ sunt, Gen. I. v. 26. Sic omnes artes, Disciplinæ & Doctrinæ, primario in Honorem Dei excogitatae, Colos. III. v. 17. Secundario autem, in commodum hominis, tam quæ animam, quam quæ corpus conservandum, vel animum delectandum; id quod experientia, annua & quotidiana, fatis testatur. Præfertim paupertas, multis perdocuit artes, teste Persio. Ut artes varias, Disciplinas, & Doctrinas alias jam taccamus. Theologia nobis primum occurrit. Hæc jure meritoque: Sapientia, Intelligentia, & Doctrina Doctrinarum, nuncupanda; quicquid etiam Theologi Christiani, contra hæc genera Theologiae, adferre possint. Theologiam appellat, Sapientiam rerum Divinarum, Philipp. Henr. Friedlibius, SS. Theol. D. vide ejus medullam Theologiae, pag. 1. Abrahamus Calovius, Theol. D. & ejusdem quondam, in celeberrima Academia Wittembergensi, Professor meritisimus, definit Theol. per habitum practicum cognitionis, è Revelatione Divina haustæ. Vid. ejus Theol. posit. pag. 1. Johanni Adamo Scherzero, D. Theol. & apud Lipsenses, quondam ejusdem Professori primario, placet: Theologiam nuncupare, Doctrinam de Deo, ac divinitus revelatis. Vid. ejusdem Brevic. Theol. p. 1. Ut aliorum celebrium Theologorum, definitiones taccamus. Nos autem, sine ulla dubitatione, Reginam Doctrinarum, Theologiam nominabimus, nec abs re: illa enim sola, solido & vero, initiat fundamento, nempe facta scriptura; cum aliarum Doctrinarum fundamenta, petitionem principii postulant. Theologia sola, docet hominem, ductu Sacra Scriptura, quomodo Deus ab homine colendus. Theologia deniq; sola, iuxta Sacram Scripturam, est in eo operosa: ne nobilior pars celestialis hominis, in æternum pereat cum corpore: cum aliæ Docti-

na, excepta Pneumatica & Noologia, tantum mundana, & peritura spectent. Theologia non incongrue, immo dñe habemus artem medicam; ut enim Theologia, iuxta Historiam & cultum Dei, Salutem animae humanae promovere studet; Sic ars medica, tota in eo est: ut ex rebus circa quae ea occupata; est, Gloria in Deum redundet, & sequioris partis essentialis hominis, sanitas conservetur, & amissa restituatur. Missas alias artes & Doctrinas facientes, meditationi circa medicinam, aliquantulum immorabitur, quia nostri propositi est, ceu ex fronte hujus chartulae patet. Ante omnia, occurrit nobis hic, artis medicae Prastantia contemplanda, qva Ars Medica, excepta Theologia, omnes alias Doctrinas, & Artes superat. Aurelius Cornelius Celsus, qui de medica Arte, libros octo, eloquentissime & peritissime scripsit, hinc medicorum Cicero appellatus fuit, Prastantiam medicinæ indicaturus, scribit: qvod medicina, olim Sapientia, id est, Philosophia pars fuerit, atque tractata etiam à Philosopheris, ac inter liberales artes habita. Rectissime quidem, nam Medicina, & hodierno tempore docetur à Philosopheris. Quid sunt Doctores Medicinæ? sunt Physici; Physici autem sunt Philosophi, quia scrutantur omnium rerum naturam. Prastantia deinde Medicinæ, transit in Medicum; si scilicet is, artis Medicæ optimè peritus est: nam omne concretum, propter abstractum, vel estimatur, vel rejicitur. Audiamus, quid Homerus, de Prastantia Medicorum, dicat, is autem sic dicit: οὐτε γάρ μάλα δέ τις θέλει φίλον, i. e. Vir Medicus, multis anteponendus aliis. Cum Homero, consentit, hac in parte, Hippocrates, cum dicit: οὐτε γάρ φίλον φίλος, i. e. Medicus enim Philosophus, Deo æqualis. Nec iniquè hæc ab Hippocrate dicuntur: tæpe enim Medici, auxilio Dei, & medicamentis suis, homines semimortuos, ad vitam revocarunt; qvod ferme divinum opus est. Hoc in negotio, ut alios taceam, Aesculapius se virum præstitit, Hippolytum ab equis disceptum, si Historicis & Poëticis fidès habenda, vita restituendo; hinc Aesculapii apud gentiles, abominanda ξυγγίαν: ut jam, tempus lucifaciendo, Serapideum, & alias, hoc in casu, siccò præteremus pede. Sic, an Apollo, an Aesculapius, an Chiron, an Apis, an alias quispiam, Medicæ artis sit inventor, in medio reclivimus, & critico-eruditorum Medicorum sanieri scrutinio commendamus, pro nobis statuentes cum aliis: Adamum esse, instinctu divino, inventorem Medicinæ, nam praudente peccato, aderant morbi, ceu prodromi mortis, præsentibus autem morbis, opus erat medicina; quam Deus, omnium laudabilium, & honestarum artium primarius Author, Adamo monstravit. Qvoniā paulo ante, Aesculapii mentio facta est, opera pretium esse ducimus, paucis attingere: quid Pausanias in Achæcis, de codem statuat. Scribit scilicet hic qvod



quod per *Æsculapium*, nihil aliud Autors, præsertim Poëtae,  
quam aërem intellexerint, eidemq; Hygiam, i.e. bonam vale-  
tudinem, filiam adjunxerint, & quidem rectissime: nam omni-  
no saluber aëris, generat bonam valitudinem, pestilens vero, va-  
rios morbos, id quo*rum* experientia testatur. Quod si ita est, ut  
nos crediderimus: certe omnia, quæ de hoc *Æsculapio* tradun-  
tur, poëticam fabulam sapiunt; & sic is, inventor medicea Artis,  
esse non potuit: fabula enim est non ens, non entis au-  
tem nulæ affectiones. Non miremur, quod ab Autoribus,  
mox huic, mox illi homini, inventio artis Medicæ tribuatur,  
cum quidam eo curiositatis processerint, ut scriberent & dicerent:  
hominem multa, in arte medica, ab animalibus irrationalibus  
didicisse, maxime qvarundam herbarum usum. Vid. Polyd. Virg.  
Libr. I. cap. XXI. Quid sit, de inventione artis Medicæ tan-  
dem, profecto Medicis hac ars, multum negotii facerit. Proh  
Deum immortalem! quot & quanta sunt, tam in regno anima-  
li, quam in regno vegetabili & minerali, circa quæ Medicus  
occupatus esse debet. Proh Deum immortalem! quot & qua-  
les morbi sunt, quos curare debet; idcirco Medico diligent,  
priusquam conetur ægo adhibere medicinam: non solum mor-  
bus ejus, cui mederi voluerit sed etiam consuetudo valentis,  
& natura corporis, cognoscenda est, ut Cic. tent. 2. Libr. de  
orat. Interim, etsi ægri non omnes convalescunt, non idcirco  
nulla medicina est, teste Cie. 2. Libr. de Nat. Dier. Sed desimus  
de hac materia plura scribere, præsertim cum supplere possint,  
quæ nos omnisimus, lequentes peroraturi Juvenes:

I. Gotthard Heinrich Barßel/ Priftabl. Misnic.

de Origine morborum.

II. Christian Bodig/ Annaburg. Sax.

de Remedio contra morbos.

III. Lorenz Friedrich Frohberg/ Königrod/ Misn.

de Quibusdam Medicis celebribus.

IV. Friedrich Gustav Herrmann/ Torgens. Sax.

de Quibusdam herbis.

V. Christian Gottfried Stengel/ Torg. Misn.

de Laude Medicæ artis.

VI. Johann Caspar Brendel/ Wittemberg. Sax.

de Circumforaneis.

VII. Christian Gottlob Thär/ Lichtenwerd. Sax.

de Lapidibus variis.

Ex quibus valedicet:

CHRISTIANUS GOTTOFREDUS STENTZELIUS,  
auct. spei Juvenis.



78 M 437



TA DOL

kein Rest.

nur 51. Stck verknüpft bisher



102 A7



I. N. J.

Ad

# ACTUM

Valedictorio - Oratorium

De

# MEDICA,

lae Torgensis superiore,

VII, die XIX. Augus*ti*,

meridiana VIII.

nitis sacris,

udiendum:


tissimos Auditores,

Autores & Amicos,

umillimè invitat:

AULUS FEKNO,

Torgensis Rector,



ORGÆ,

ANN, ZACHAR, HEMPL

## Farbkarte #13

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black	B.I.G.	Inches	Centimetres
1												
2												
3												
4												
5												
6												
7												
8												